

§. 1. facta, rata habentes, vel in eis faciendis dantes auxilium, consilium, vel favorē, si singulares personae fuerint, cuiuscumque praeminentia, dignitatis, status, vel conditionis existant, earum videlicet singulas, si vero communitates vel universitates extiterint, omnes & singulas earum communitatū, & universitatum potestates, capitaneos, bajulivos, scabinos, advocates, rectores, judices, consules, & officiales, quocumque nomine censantur, ac consiliarios, & privatas personas, qua hujusmodi sacrilegii principaliores patratores existerent, excommunicationis sententias incurrere, necnon quamlibet earumdem communitatū, seu universitatum, ac illa ipsorum Principum, Marchionum, Dicūm, Comitum, Baronum, Nobilium, & aliorum quorumcumque laicorum, & laicalium personarum, talia presumētū, in quibus talia fierent, civitates, terras, oppida, casta, & alia loca, Ecclesiastico interdicto subiacere volimus ipso facto.

§. 2. Nullusque ab eisdem sententiis per alium quam per Romanum Pontificem, præterquam in mortis articulo, possit absoluī, nec interdictum hujusmodi per alium etiam relaxari. Non obstante si aliquibus communiter, vel divisiōnē à Sede Apostolica sit indultum, quod excommunicari, suspendi, vel interdicti non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi, & eorum propriis nominibus mentionem, & quibuslibet constitutionibus, privilegiis, & literis Apostolicis contrariis, de quibus etiam plenam, & expressam in nostris fieri oporteat mentionem.

§. 3. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrā voluntatis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attente præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Petrum, quarto Idus Decembris, Anno sexto.

BONIFACIUS NONUS PONT. CCV.
ANNO DOMINI MCCCLXXXIX.



Bonifacius IX. Neapolitanus, Petrus, vel Petrinus Tomacellus ante dictus, Presbyter Cardinalis S. Anastasii. Creatus Romæ quarto Nonas Novembris anno 1389. Coronatus 3. Idus Novembris, eodem anno. Vixit annos quatuordecim, menses vnde cim. Creavit Cardinales octo. Obiit Romæ kalendis Novembbris anno 1404. Corpus ejus in Basilica Vaticana sepultum est. Vacavit sedes dies nouem.

Bullar. Mag. Tom. I.

Institutio Festivitatis Visitationis B. Mariae Virginis pro die 1. Iulii, cum adhortatione ad jejunium suæ Vigilæ. Indulgentiæque pro interessentibus officiis d. Festivitatis, ex constitutione Urbani VI.

BONIFACIUS EPISCOPVS, Edita A.D.
Seruos Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam. 1390.

VPERNI benignitas Conditoris, humanam creaturam ad similitudinem suam creatam misericordi pietate respiciens, eam collapsam fore primi parentis lapsu considerans, illam miro decrevit consilio relevandam, ut scilicet Verbum supernum, quod erat in principio, eam à mortis nexibus liberaret. Igitur pii Patris, qui nos dilexit charitas, temporis veniente plenitudine Verbum ipsum æternum sub forma serui, carnem nostræ mortalitatis assumere, ut eandem mortem nostram moriendo destrueret, ac damnationis sententiam simul & maculam, quam per reatum primi hominis generis humani posteritas incurrit, noscebatur, clemens Verbi æterni bonitas aboleret. Quapropter de clara stirpe regia Davidica prælegit Virginem, in cuius vtero mystico spiramine Verbum ipsum carnem suscipere, ut egredieretur juxta verbū propheticum, Virga de radice Iesse, & flos de radice ejus ascenderet, & requiesceret spiritus Domini super eum, perfectam Reginam inclytam matrem eligēs, qua tanto Regi digna fuit sui corporis thalamū præparare, de quo tanquam sponsus præ filiis hominū procederet speciosus, locum Nazareth, que flos sive sanctitas dicitur, ad suā conceptionē elegit, in quo per Angelicā salutatōnis eloquā ipsius incarnati Verbi mysteria, miraque fuērunt solēnia celebrata. Ibi enim sumplimus nostrā redēptionis exordia, ibique primum dies sanctificationis illuxit, qui nobis de salute sp̄ intulit, & de æternitate lātitiam. In hoc etenim tantæ fecunditatis loco Virgo regia verūstissima à Domino conservata, flos sanctitatis, vas cœlestis gratia mundissimum, omnium virtutū floribus redimita, cuius pulchritudinem Sol, & Luna mirantur, Redemptorem gentium Virgo concepit, datura lucem gentibus sub mortis caligine constitutis.

§. 3. Sanè ipsa regina Cœlorum, in cuius se clausit vilcera Dei Filius factus homo, ex tanti honoris fastigio sibi per Angelum nuntiato, nequam elationis afflūpsit spiritum, sed tanquam Ancilla humili, quamvis mater effēcta Domini, humilitatis suæ, quam respexit Dominus, exequens officiū, exurgens abiit in montana ad Elisabeth cognatam suā quā vocabatur sterilis, jam semestri prægnantem, cum festinatione: & quemadmodū ab Angelo humili salutationis suscepereat oraculum, sic etiam ipsam Elisabeth humili salutavit: Elisabetha vero ut salutationem audivit Virginis gloriose, repleta Spiritu sancto, & incarnati Verbi mysterium in vtero sentiens virginali, voce magna exclamavit, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus frūtus ventris tui. Et vnde hoc mihi ueniat mater Domini mei ad me? Ecce enim ut facta est vox salutatioñis tuae in auribus meis, exultavit præ gaudio infans in vtero meo: & beata quæ credidisti, quoniam perficietur in te, quæ dicta sunt tibi à Domino.

§. 2. Ad quam Virgo veneranda in humilitatis spiritu respondens, illud mirabile Canticū decantavit. Magnificat anima mea Dominū, & exultavit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. O magnum mysterium, o admirabile commercium, o ineffabile sacramentum, ut matres de pignoribus quæ gestabant in vteris, in spiritu presentarent, & etiam prophetarent, & ut sacri Euangeliū p̄dūt historia, Cœli Reginagravida partu consecranda diuino, pro humilitatis amplioris signaculo præcursoris sui, quem gerabat Filii, Genitricis grauidæ, humanitatis impendat obsequium: quo impenso completoque huiusmodi

B b ; Visitationis

B. Mariae Vita
geniediudea

B. Virg. vbi
savit Eliza
beth

Et illa resp̄
der illud ad
mirabile can
ticum Mag
nificat, &c.

Visitationis quasi trium mensium tempore, in domum suam est reversa. Hæc est enim illa de qua sacra canunt elegia, Sole amictæ, Lunam habens sub pedibus, Stellis coronari meruit duodenis. Hæc est enim illa quæ in suis castis visceribus Cæli terreque gestavit opificem, & sola cunctas hæreses interemit, & pro Christiano populo ut aduocata strenua & exoratrix pervigil ad Regem quem genuit intercedit.

¶ 3. Igitur felicis recordationis Urbanus Papa Sextus prædecessor noster dignum reputans & debitum, ut festum Visitacionis ipsius B. Mariæ Virginis quando, ut præfertur, visitavit Elisabeth, in Dei Ecclesia celebretur, pro testimonio sancti suffultum Euangelii humanis nequit rationibus detrectari; ac attendens quod laudes tante Virginis humana lingua non sufficit exprimere, nec etiâ sancti & justi eam, in cuius ille quæ Cœli capere non poterant, se contulit aula Virginali, dignis laudum praœconiis ad plenum efferre poterunt: & considerans quod ex quo Dominum in Sanctis suis laudare jubemur, quanto magis in veneratione B. Mariæ Virginis matris ipsius exultantibus animis collaudare, & ejus laudū augendo titulos, gratias referre, quem genuit filio debeamus, quæ etiam exaltata super sydera, stellato consedit sui solio genitoris, ne etiam diuinæ visus fuisse resistere volutâ, quæ tam sibi, quam aliis viris deuotis ad hujusmodi sanctam festivitatem celebrâdam, ut pie idem prædecessor credidit, dignata fuât mentem inspirare, deliberatione etiam super hoc matura præhabita, de fratum suorum Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalium, de quo numero tunc eramus, consilio, ad exaltationem fidei Catholicae digne & rationabiliter, videlicet sexto Idus Aprilis, Pontificatus sui, Anno vndecimo statuit, ut festum præfatum, videlicet Visitacionis B. Mariæ Virginis, quando ut præfertur, visitavit Elisabeth sexto Nonas Iulii annis singulis in Dei Ecclesia cum laudum cantico, letitiae jubilo, cordisque tripudio, sub dupli officio per Orbem universum solemniter celebraretur. Sualit etiam & consuluit idem prædecessor, ut ipsius festi Vigilia ut Vigilia Nativitatis & Assumptionis prædictæ Virginis festivitatum etiam in observatione jejunii deuotius observaretur. Et mandauit quod simile, non tamè duplex officium absque alicuius Sancti commemoratione, exceptis primis Vesperis ante octavam Apostolorum Petri & Pauli, & officio totius diei octauæ, cum commemoratione tamen ejusdem novi festi, per septem sequentes dies in Ecclesia cum celebretate debita decantaretur.

5. 4. Ac etiam volens idem predecessor CHRISTI fideles ad colendum tantæ festum Virginis, & etiæ celebrandum donis spiritualibus animare, ipsosque mysticis de thesauris militantis Ecclesiæ, benedictionum muneribus cupiens præuenire, & omnibus vere penitentibus & confessis, qui matutinali officio festi eiusdem in Ecclesia, qua idem officium celebraretur, interessent, centum : qui vero Misæ, cotidem : qui autem primi festi Vesperis, milititer centum : qui autem secundis, cotidem: illis vero qui Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, ac Completorii officiis, pro qualibet horarum ijsatrum quadraginta dies: illis autem, qui per octauas festi prædicti Matutinalibus, Vesparum, Misæ, ac prædictarum Horarum officiis interessent, centum dies singulis octauarum ipsarum diebus de omnipotenti Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate consilis, de injunctis sibi penitentiis misericorditer relaxavit.

§. 5. Ne autem pro eo quod ipsius predecessoris superueniente obitu literæ Apostolicæ super præmissis confectæ minimè extiterunt, huiusmodi constitutio dicti predecessoris frustretur effectu: Volentes & auctoritate Apostolica decernentes, quod huiusmodi constitutio à die a die, videlicet sexto Idus Aprilis perinde fortioratur effectu, ac si super ea predecessoris literæ sub ipsius diei data eadē etiā fuisset, ut superiorius enarratur: quodque presentes literæ ad probandum plene constitutionē huiusmodi vbiique sufficiat, nec ad id probationis alterius administricum requiritur: viuens Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & alios Ecclesiastrum Prælatos monimus & horramur in Domino, per Apostolica eis scripta in virtute sancte obedientia districte præcipiendo manu-

dantes, & in remissione peccatum iniungentes, quatenus tam gloriosum festū & celebre annis singulis lecto Nonas Iulii, ut præferatur, deuote ac solemniter celebrent, ac jejuniū Vigiliæ huiusmodi suadeant in augmētu meriti observari, & faciant per vñiversas Ecclesiæ suarum civitatum, & Diocesum celebrari, ac officiū peragi supradictum, ut pia ejusdē Virginis MARIAE intercessione ipsi CHRISTI fideles, & hic a noxiis protegi, & in futuro sempiterna gaudia consequi mereantur

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ voluntatis, constitutionis, monitionis, hortationis, & mandati paginam infringere , vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei , & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se nouerit incursum.

Datum Romæ apud S. Petrum, j. Idus Nouembris,
Pontificatus nostri Anno primo.

Erectio Studii generalis in Civitate Ferrariae,
Status Ecclesiastici.

Hanc Ciniitatem pro Sede Apostolica, qua eam infendauerat, Clemens VIII recuperavit, ut inf. in ejus constet. 52. Sanctissimus Rotamque in ea inservit in constitut. 59. In supremo. Et huic Studio indulgia concessis in alia constituent. 94. Sancta.

*BONIFACIVS EPISCOPVS,
Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.*

N supremæ dignitatis Apostolicæ specula, licet immemorit, disponente Domino constituti, ad universas regiones fideliū nostræ vigilantiae creditas, earumque profectus, & commoda, tanquam universalis gregis Dominici pastor, commissam nobis speculationis aciem quantum nobis ex alto permittitur extenderentes, fidelibus ipsis, ad querendum literaturum studia, per quæ diuini nominis, suæque fidei Catholice cultus protendit, justitia colitur, tâ publica quam priuata res geritur utiliter, omnisque prosperitas humanae conditionis augetur, liberenter fauores gratiosos impendimus, & oportunitate commoditatis auxilia liberaliter impârtimur.

5.1. Cum itaque, sicut nuper pro parte dilectorum filiorum, nobilis Alberti Marchionis Estensis, nostri in nostra Civitate Ferratiensi pro nobis, & Romana Ecclesia Generalis Vicari & Communis Civitatis ejusdem, fuit nobis expositus, quod ipsi Marchio, & commune, non solum ad vtilitatem, & prosperitatem huiusmodi reipublicæ, ac Incolarum prædictæ Civitatis, & districtus ejusdem, sed etiam aliarum partium vicinarum audabiliter intendeat, in eadem Civitate, loco utique ad hoc accommodo admnodum, & idoneo, desiderent plurimum vigere Stadium auctoritate Apostolica generali, in qualibet facultate licita, ut ibidem fides ipsa dicatur, erudiantur scilicet, equitas servetur, judicii crescat ratio, & iusticiæ status huiusmodi angeantur.

5.2. Nos premissa, & etiam eximiam deuotionem, & fidei paritatem, qua ipsi Marchio, & Commune ad nos, & Hispanam Ecclesiam gerere dignoscuntur attente obserantes, & quod illas ad eandem Ecclesiam manent, cunctorum fideliis, & magistris, eo amplius lebant augmentare, quo per nos, & Sedem Apostolam se prospexerint gratis, & priuilegiis Apostolicis pecunia, & honori, seruenti desiderio appetimus, quod vivis ipsa, quam divina bonitas Cleri, & populi numerositate abundanter, ac toti gratiarum dotibus insignitur, & aliorum multiplicium bonorum fecunditate doavit, locique amenitatem non modica decoravit, ac distractus & partes praedictae scientiarum muneribus ambientur, ut viros producant consilii maturitate perspicuos, virtutum redimitos ornatibus, ac diversarum facultatum dogmatibus eruditos, si que ibi scientiarum cons irriguis, de cuius plenitudine hauriant universitatem eminentes iubemus documentum.

S. J. Hie

BONIFACIUS NONUS.

295

§. 3. His igitur omnibus, & præsertim idoneitate dictæ Civitatis, quæ ad multiplicanda doctrina semina & germina salutaria producenda valde congrua & accommoda fore dicitur, ac vietualium fertilitate, hospitorum insignium multitudine, aliusque commoditatibus quamplurimis, quas Civitas ipsa ibidem opportunas habere dignoscitur, & quod quanto magis li privilegiorum Sedis prædictæ muniatur præsidii, amplioribus proficiet incrementis, diligenti examinatione pensatis non solum ad ipsorum Civitatis, ac districtus, & partium incolarum, sed etiam aliorum, qui propterea de universis mundi partibus Civitatem confluunt ad eandem, communum & profectum, studio paternæ sollicitudinis anhelantes, devotis Marchionis, & Communis prædictorum supplicationibus inclinati, ad laudem divini nominis, & fidei Catholice propagationem, exaltationemque Ecclesiaz supradictæ, auctoritate prædictæ, præsentium tenore statuimus, & etiam ordinamus, ut in dicta Civitate de cetero sit studium generale, illudque perpetuis temporibus inibi vigeat, in sacra pagina, jure Canonico, & Civili, neconon in medicina, & qualibet alia literarum licta facultate.

§. 4. Et quod docentes, legentes, & studentes ibidem omnibus privilegiis, libertatibus, immunitatibus, & indulgentiis concessis Doctoribus legentibus magis, & scholaribus, & præsertim in eadem sacra pagina in Bononiensi, & Parisensi Studiis commorantibus, gaudent, & utantur.

§. 5. Quodque illi, qui procello temporis bravum meruerint in illa facultate in qua Studuerint obtinere, sibique docendi licentiam ut alios erudire valeant, ac doctoratus, seu magisterii honorem pericent elargiri, per doctorem, seu doctores, aut Magistrum, seu magistros illius facultatis, in qua examinatio fuerit facienda, Episcopo Ferrarensi, qui pro tempore fuerit, vel Ecclesia Ferrarensi vacante, dilectis filiis Archipresbytero, & Capitulo ejusdem Ecclesiaz, aut illi, vel illis, qui per eosdem Archipresbyterum, & Capitulum deputatus vel deputati fuerit, seu fuerint, præsententur, idemque Episcopus seu Archipresbyter, Capitulum, aut deputatus, seu deputati huiusmodi, ut præfertur doctoribus, & magistris in eadem facultate actu inibi legentibus conuocatis; illis in iis, quæ circa promovendos ad doctoratus, seu magisterii honorem requiruntur, per se, vel alium, seu alios juxta modum, & consuetudinem, qui super talibus in Bononiensi & Parisensi prædictis, ac aliis generalibus Studiis obseruantur, examine studeat, seu studeant diligenter, eisque si ad hoc idonei, & sufficietes reperti fuerint, huiusmodi licentiam tribuat, seu tribuant, & doctoratus, seu magisterii honorem conferat, seu conferant.

§. 6. Illi verò qui in eodem Studio Ferrarensi examinati, & approbati fuerint, ac docendi licentiam, & honorè huiusmodi obtinuerint, ut est dictum, ex tunc ablique examine, & approbatione alia legendi, & docendi, tam in prædicto Ferrarensi, quam in singulis aliis generalibus Studiis, in quibus voluerint legere, vel docere, statutis, & consuetudinibus quibuscumque contrariis Apostolica, vel quacumque firmatae vallatis, nequaquam obstantibus, plenam & liberam habeant facultatem.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ constitutionis, & ordinationis infringere, vel ei auctu temerario contraire. Si quis autem hoc attente presumperit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noterit incursum.

Datum Romæ apud S. Petrum, 4. Nonas Martii, Pont. nostri Anno 2.

Exemptio Fratrum Ordinis Carthusianorum à jurisdicione, visitatione & correctione Episcoporum, & aliorum omnium.

Ad hoc vide declarationem Leon. X. in conf. 22. Dam infra, & Concil. Trident. sess. 7. cap. 14.

utque constat. 39. Clem. VIII. Suscepit. Alia au- tem de hoc Ordine nostri sup. in conf. 7. Alex. III. Cum vos.

BONIFACIUS EPISCOPVS SV. EDITA A.D.
Sacerdos servorum Dei. Dilectis filiis Priori Generali, &
Uniuersis Fratribus Ordinis Carthusianis, tam præsen-
tibus quam fuoris, Salutem & Apost. bened.

Acrosancta Romana Ecclesia mater cunctorum fidei-
clium & magistra in agro virtutum vestri Ordinis, cui
Altissimus benedixit, & in decoro sanctæ religionis sub
sua mundanis abiectionis illecebris, deuotum ac sedulum
exhibitum Domino famulatum, exultat, & jubilat, præ-
sertim dum prospicit, quod vos ad alta virtutum gradibus
per exercitium bonorum operum, & præclara sancti-
tatis merita procedentes, trahitis ad diuinæ Majestatis
obsequium alios per exempla, vitam ducento piissimam,
& frequenter divinis laudibus, ex quibus diuina gloria
Majestatis attollitur, deuotissime insistendo, & huic
mundo mortui, ac Domino nostro Iesu-CHRISTO,
qui est vita, viuentes, pro univerali salute fidelium ad
Dominum preces funditis incessanter, propter quæ eun-
dem vestrum Ordinem quum erga nos & prædictam Ec-
clesiam deuotionis claritate prælucere conspicimus, in-
fra claustra nostri pectoris paternis affectibus contem-
plantes, circa bonum statum ipsius Ordinis ferventibus
studiis vigilamus, & ut Deo proprio idem Ordo pro-
tegatur à noxiis, & salubria semper suscipiat incrementa,
personæque ipsius pacis & tranquillitatis affluent uber-
itate, ab omniq[ue] sine perturbatione securæ, & oppressio-
nibus indebitis præteruentur illæ, Ordinem ipsum
prærogativa Apostolice libertatis & exemptionis præ-
dictio communimus.

§. 1. Sanè petitio pro parte vestra nobis nuper ex-
hibita continebat, quod licet prædictus Ordo vester
cum omnibus Monasteriis, Prioratibus, domibus & lo-
cis eiusdem, atque personis degentibus in eisdem ab
olim reputatus fuerit, & adhuc etiam communiter re-
putetur fore à jurisdictione quorumlibet Ordinariorum
Iudicium exemptus, & soli Sedi Apostolica immediate
subjectus, tamen nonnulli locorum Ordinarii cupientes
vestra, & dicti Ordinis priuilegia, & libertates infringe-
re, & alias diversis ex causis vos inquietare, & multipli-
citer molestare, & personas ejusdem Ordinis ad forum
suum trahere, & alias vexare præsumunt, propter quæ
nonnunquam vos à contemplatione, & quiete vestra
contra religionis vestra statum retrahi, & saecularibus
negotiis implicari oportet. Quare pro parte vestra nobis
fuit humiliter supplicatum ut ad evitandum cujuslibet
molestiæ & inquisitionis materiam, & gravamina, quæ
contra huiusmodi exemptionis libertatem possent vobis
inferriri, & ut tollatur quilibet contra vos occasio malici-
gnandi, vos & eundem vestrum Ordinem, cum omnibus
Monasteriis, Prioratibus, domibus, ac locis ejusdem, pro
incremento vestri status, & pro pace & tranquillitate
personarum degentium in eisdem, de novo plenariè exi-
mere de speciali gratia dignaremur.

§. 2. Nos igitur huiusmodi supplicationibus incli-
nati, vos & prædictum Ordinem vestrum cum omnibus
& singulis Monasteriis, Prioratibus, domibus, & locis
ejusdem, quæ nunc habetis, & in posterum vos habere
contingit, & cum personis degentibus in eisdem præ-
sentibus, & futuris, ab omni ordinaria jurisdictione, do-
minio, visitatione, ac potestate qualibet omnium, & sin-
gulorum Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum,
& aliorum quorumlibet Iudicium Ordinariorum,
de speciali dono gratia de novo prorsus eximimus, &
totaliter liberamus, illaque in jus, & proprietatem Beati
Petri ac Sedis Apostolicae, ac sub eorū, & nostra speciali
& immediata protectione præsentium tenore suscipi-
mus. Decernentes Ordinem, Monasteria, Prioratus, do-
mos, & loca & personas huiusmodi, soli, & immediati
Sedi prædictæ fore subiecta; & quod locoru Ordinarii,
seu Diocesani, vel alia quævis persona, in vos, seu Mo-
nasteria, Prioratus, domos, aut loca, vel personas præfata,
ut pote prorsus exempta, non possint auctoritate ordi-

Ordinis: sus-
picio pro
exemptione
ab Ord na-
riorum &
Lor. in spe-
ciali

Pontificis ex-
cessio de peti-
ta expositio
Ad hoc vide
qua rite ma-
dicatur in
rub.

maria excommunicationis, suspensionis, aut interdicti sententias promulgare, vel alias etiam ratione delicti, vel contractus, aut rei de qua agetur, vbi cumque committatur delictum, ineatur contractus, vel res ipsa constat, jurisdictionem aliquam exercere.

*Cap. I. de
Privilegiis in
6. & car. ris
contrariis
derogatis.
Tu scias d.
capitulum
esse remov-
cum & alia
editio per
Concil. T. id.
& Clem. VII.
c. in rub.*

§. 3. Felicis recordationis Innocentii Papae Quarti prædecessoris nostri circa exemptos edita, quæ incipit Volentes, & aliis cōstitutionibus Apostolicis in contrarium editis, non obstantibus quibuscumque. Nos enim omnes excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias, & quoscumque processus, quævis penas, & sententias continentis, quas & quos adversus vos, & Monasteria, Prioratus, domos, vel loca, aut personas huiusmodi, contra tenorem & formam exemptionis huiusmodi quomodolibet promulgari & haberi contigerit, irritos decernimus, & inane, ac nullius existere firmitatis. Per exemptionem autem, & libertatem huiusmodi, & alia supradicta, libertatibus, privilegiis, & immunitatibus, vel aliis juribus vestris, & prædicti Ordinis ac Monasteriorum, Prioratum, & domorum atque locorum prædictorum, nullum intendimus præiudicium generari. Quinidem volumus, quod illa in sua plena remaneant firmitate.

§. 4. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, & ordinationis infringere, vel ei ausu temeratio contrarie. Si quis autem hoc attentre præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se nouerit incursum.

D. P. An. 2.
die 17 Mart.

Dat. Romæ apud S. Petrum, 17. kal. Apr. Pont. nostri Anno 2.

IV. Confirmatio constitutionum à Friderico Secundo, & Carolo Quarto Imperatoribus, pro immunitate, libertateque, & jurisdictione Ecclesiastica editarum.

De hac materia vide etiam infra in Leon. X. confi-
10. Regini, ubi indicabo.

*Editio A. D. B. Q. N I F A C I V S E P I S C O P V S,
1391. Servus Servorum Dei. Venerabilibus fratris Mindenfis,
& Virdensi Episcopis, & dilecto filio Decano Ecclesie
Mindensis, Salutem, & Apostolicam benedictionem.*

Exordium.

*Frid. II. edit.
et legis de
quibus b.c.*

Vitis & honestis supplicum votis libenter annuimus, illaque fauoribus prosequimur opportunis.

§. 1. Dudum siquidem Honorius Papa III. prædecessor noster attente considerans, quod claræ memorie Fridericus Secundus, Imperator Anglus, ad laudem Romanæ Ecclesiæ, & sacri decus Imperii, &c.

Omittitur residuum, quia has leges Friderici habes supra in const. i. Honor. III.

§. 2. Dictusque prædecessor noster constitutionem ipsam de consilio etiam fratrum suorum S.R.E. Cardinalem, qui tunc erant, auctoritate Apostolica confirmandum approbavit, & ipsam mandavit inuolabilius observari, necnon statuarios, & scripores, ac violatores, ac violatores, excommunicatos auctoritate Apostolica prædicta publicè nuntiari.

§. 3. Et deinde ad audienciam dictæ memorie Caroli Quarti, etiam Romani Imperatoris, &c.

Omititur narratio huius const. Caroli IV. quia eam posui hic in fine.

§. 4. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum SS. Blasii intra, & Cyriaci extra muros Ecclesiarum Decanorum, & Canonicorum & personarum, ac totius Cleri Brunsivicensis, Hildesheimensis, Halaustratenis Diœcesum petitio continebat, quod quorundam laicorum, & Dominorum temporalium huiusmodi Ciuitatum, & diœcesum prædictarum, & in locis circumvicinis malitia inolevit, quod huiusmodi Imperiales constitutiones, & sanctiones transgreedi non verentur, & Ecclesiasticas libertates violare præsumunt, pro parte eorum Dominorum Decanorum, Canonicorum, & personarum prædictarum fuit nobis suppli-

plicatum, ut eis super præmissis de opportuno remedio prouidero de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 5. Nos igitur vestigiis præfati Honori Papæ prædecessoris nostri inherentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestre per Apostolicâ scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos, seu alium, vel alios, constitutiones prædictas in præfatis Civitatibus, & Dioecesis, & in aliis locis circumvicinis, vbi, & quando expedierit, auctoritate nostra faciat inuolabilius observari, transgressores, seu violatores, & contemptores, ac sacrilegos prædictos, necnon cōtradictores quolibet & rebellis per cenitram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Inuocatio ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, non obstante constitutione, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo hominum, &c.

Dat. Romæ 6. Kal. Iunii Pont. nostri Anno 2.

Sequitur Confessio Caroli IV.

*Carolus Quartus Divina favente Clementia, Romanorum Cas-
Imperator semper Augustus, & Bohemia Rex, &c. Ad
perpetuam rei memoriam.*

Etsi Imperialis benignitatis clementia quorumlibet deuotorum fideliū, quos sacrum Romanum ambit Imperium, ex officiis debito teneatur necessitatibus, & in iustis oppressionibus consulere, & de opportunitis remedii prouidere; ad illos tamen maxime dirigitur nostræ mentis affectio, quos indebet pati cognoscimus, quorumque oppressionibus status Ecclesiasticæ libertatis, quam semper nostris temporibus augeri volumus, in nihilum rediguntur, & minus debite prægravatur.

§. 1. Sans ad Imperialis Majestatis audienciam, pro parte honorabilium Præpositi, Decani, & aliorum Prælatorum, & Capituli Magdeburgensis, Maguntinensis, & Coloniensis, Ecclesiarum deuotorum nostrorum dilectorum, per insinuationem querulosam suppliciter fuit deductum, quod secularis quidam in potestatibus, & officiis publicis constituti, videlicet Duces, Comites, & Barones, & alii domini temporales, necnon Consules ciuitatum, oppidorum, villarum, & locorum rectores dictarum Magdeburgensis, Maguntinensis, & Coloniensis prouinciarum, Dei nomine postposito, Statuta singularia & iniquas ordinationes motu proprio, & de facto contra personas Ecclesiasticas, Ecclesiarum libertates, & priuilegia condiderunt, eisque publicè, & de facto insistere præsumperunt contra legitimas, Civiles, & Canonicas sanctiones, utputa, quod nulla bona temporalia ad potestatem Ecclesiasticæ transferantur, neve Clerici in sacris constituti ad agendum, & testificandum in Ciuitibus, & maxime in piis causis aliquatenus admittantur, quodque excommunicati laici, & publicè denuntiati, in Ciuii foro minime repellantur. Item præfati domini temporales, Consules, & Rectores per Læcularem potestatem res, & bonorum Clericorum occupant, & arrestant, oblationes fidelium diminuant, & restringunt, exactiones, & tallias indebitae de bonis Ecclesiæ, & redditibus exigunt, & extorquent, possessiones Ecclesiæ, & personarum earum deustant incendiis, & rapinis. Contra eos inter Clericos, & laicos factos legitimos ad libros ciuitatum, villarum, & locorum recusant inserbere, & sigillare. Donata & legata ad fabricas, & Ecclesiarum structuras, contra Prælatorum voluntatem, & aliorum quorū interest præsumunt usurpare contra iustitiam, in fraudem & odium Clericorum: de rebus & bonis etiam Clericorum, quas non causa negotiationis, sed pro vobis propriis per terras dicunt, seu duci faciunt, teloneum exigunt, & recipere non ventur. Et confugientes ad Ecclesiæ, & Cœmeteria inde extrahere contra sanctiones Imperiales, præsumunt.

§. 2. Quæ omnia, & quælibet ab inde secuta, cum per sacras, & Ciuiiles, & Canonicas sanctiones expresse reprobra sint, & in fraudem Ecclesiasticæ libertatis de facto præsumpta, de Principiū, Ducū, Comitū, Baronū,

Baronum fideliumque nostrorum consilio, & certa scientia, auctoritate Imperiali cassamus, irritamus, & annullamus, cassaque & irrita, nullius esse momenti penitus deducimus, & expresse pronuntiamus: Præcipiente sub inductione Imperiali panti, universis, & singulis diœtarum Magdeburgensis, Maguntinensis, & Coloniensis prouinciarum, & locorum vicinorum Princepsibus & Dominis temporalibus, Consulibus, & potestatibus, & in officiis publicis constitutis, quatenus mox viis, & intellectis præsentibus, dicta ipsorum statuta, & ordinaciones sicut in præiudicium Ecclesiasticae libertatis edita sunt, omnino reuocent, & de luce tollant. Quodque secundum ea nō judicent amplius, nec sententias dicent, aut eisdem in judicio, aut extra judicium quomodolibet pro se, & contra Ecclesiasticae libertatem potiantur. Itē pronuntiamus, & declaramus Imperiali auctoritate, quod quicunque laicus cuiuscumque status, vel conditionis existat, a usu sacrilegio, & propriæ temeritatis audacia sacerdotem, vel clericum secularem, vel religiosum diffidauerit, vel captiuauerit, probripiferit, spoliauerit, occiderit, mutilauerit, aut in carcere detinuerit, aut huicmodi maleficia perpetrantes scienter receptauerit, vel fanorem in his præliterit, præter penas à sacris Imperialibus, & Canonicis sanctionibus eis inflictas, sint ipso facto infames, & omni honore priuari, nec ad placita, vel Concilia Nobilium admitti quovis modo possint.

§. 3. Volumus etiam, hortamur, & requirimus ipsos Prælatos Ecclesiasticos, ut hanc nostram legem, & constitutionem in Synodis, & Ecclesiis publicari procurent, & requisiti pœnatum, & sententiæ exequitiones denuntient, ne in præmissis excedentes, per simulatam ignorantiam suas malitias valeant exculare.

§. 4. Nulli ergo hominum omnino licet hanc nostræ cassationis & immunitationis, seu pronuntiationis, denuntiationis, & declarationis paginam ausu temerario infringere, aut quomodolibet ei contraire sub pena quinquaginta marcarum puti auri, quas ab eo qui contrafecerit, toties quocties factum fuerit, irremissibiliter exigti volumus, & eorum medietatem nostri imperialis ætarii, residuum verò partem iniuriam passorum vobis decernimus applicari.

17. Data Tangerundem, Anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo septimo. Indictione quintadecima, quinto kal. Iulii, Regnorum nostrorum Anno trigessimo, Imperii verò 23.

Canonizatio S Brigitæ, alias Brigidae de Regno Sueciae, cum sua festivitatibus institutione, prodie 23. Mchsis Iulii, indulgentiarumque largitione pro visitantibus ejus sepulchrum.

Canonizationem istam comprobavit Mart. V. Förenie, die prima Iulii, Pont. sui anno secundo: sed ejus Bulla consulto prætermissa est, ut si simpliciter confirmatoria.

D. BONIFACIUS EPISCOPIVS, Seruus Seruorum Dei. Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac Dilectis filiis electis & Patriarchalium, Metropolitanarum, & Cathedralium Ecclesiæ Capitulis, ubilibet constitutis, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ab origine mundi, post primi parentis lapsum, cum eam ob rem universum genus humanum æternæ morti teneretur obnoxium, cunctipotens, & misericors Deus ex alto prospiciens, ne in totum perderet hominem quem creauerat, sed sua divinitatis faceret esse participantem, cum primos ex spiramine Sancti Spiritus afflatos Prophetas, aduentus Filii sui in carnem, sub typicis ænigmatibus, ac diuinis reuelationibus nuntios præmisseret, eundem unicum Filium suum ante secula genitum, adueniente plenitudine temporis, in uterum præelecta Virginis matris, quæ imperficiabili Sancti Spiritus obumbratione, Angelo nuntiante concepit, de proprio sinu transmisit, qui ex eadem Virgine natus, & progres-

sus in tempus, cœpit facere, & docere, ornatisque monstrare, qualiter sancti baptismatis fonte renatis, de æterna morte via pateret ad vitam, & coadunatis Discipulis, ne quis fidelis huius transitoriae, & fugitiæ vitæ molestias, vel tædia, seu temporalis accesa necis penas, propter æternæ adepitione vitæ perhorret, sese hoitiam immaculatam, consummato debito cursu, in ara crucis morte cruenta obtulit Deo Patri, & militantem Ecclesiæ fulo pretiosissime sanguine fundavit, consecravit, & æternaliter stabilitivit.

§. 1. Tandem verò de mundo transiit ad Patrem, Principi Apostolorum cœlesti clauigero, in suam suorum que successorum summorum Pontificum personas, collatis clavibus, ligandi videlicet, & soluendi tradita potestate, supremum Pontificium, speciale curam sui gregis, & regnum vniuersale committit, pollicitus nihilominus Ecclesiæ in æternum si non deserturum eandem.

§. 2. Ad cuius vberem utilitatem diuisions gratiarum per Spiritum sanctum tribuit suis fidelibus. Nam secundum Apostolum, unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alii quidem per spiritum datur sermo sapientia. Alii sermo scientia, secundum eundem spiritum. Alii fides, in eodem spiritu. Alii gratia sanitatum, in uno spiritu. Alii operatio virtutum. Alii propheetia. Alii discitio spirituum. Alii genera linguarum. Alii interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur

Transiit ad Patrem. Petrum, sui gregis universalem, post eum electum, primiciale Ecclesiæ suam uisum, quam deserit. spiritum. Misericordia dei in meum, qui suis fidelibus multo firmat, graue inquit, bunt.

vobis atque idem Spiritus, diuidens singulis provi vult. Quamque militantem Ecclesiæ Pater hominum sustulit in eodem Spiritu sancto strukturâ admirabili pretiosorum lapidum, mira varietate decoram, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, quos elegit ante mundi constitutionem conformes fieri imaginis eiusdem Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus, in quo eos gratificavit, donans charismata meliora, qui suo exemplo viam ostenderent excellentiorem.

§. 3. Hinc igitur Apostoli Sancti prodierat per universum Orbum, genus humanum, quod sub peccati jugo tenetur, ad vitam, & salutem excitantes, & cum firmissima constantia prædicanter verbum Dei, ut in omnem terram exiret sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum.

Apostoli in toto universo, qui in eum praedicacione verbi Dei illuminari nuntiatur.

§. 4. Splendidi quoque Martyres fidei loriam induit, & incœussa stabilitatis baltheo succincti, lauerunt stolas suas in sanguine innocentis Agni, & imitati candidatus exercitu Christi istum Iesum, ad strukturam supernæ Hierusalem, hoc est triumphantis Ecclesiæ, cum gloriosa victoria palmas gestantes in manibus, sese viuos lapides addiderunt, exemplum venerabile, & æternam dignamque memoriam militanti Ecclesiæ relinquentes.

Martyres fidei eum famam fidem confirmarunt.

§. 5. Progressi sunt & Doctores lucidissimi, qui pseudo-Christianis, falsisque Prophetis superfluous, & varias opiniones in vera fide Catholica adducere, ipsamque fidem subvertere satagentibus, se opponentes, talium confutatis erroribus, miro eloquio, & solidis, ac rectis sententiis operante sancto Spiritu ipsam fidem, & militantem Ecclesiæ illustrarunt, quibus eadem Ecclesia communita progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castorum acies ordinata.

Doctores erit qui eam illuc traxerunt.

§. 6. Sequuntur & limpidi Confessores ornati gemmis, & virtutibus coruscantes, Domino rationem de talentis creditis reposcenti, cum se assidue, & vigili sanctarum operationum exercerent mercatura, ut pote fideles, & boni serui, multiplicatum de suis laboribus fructum afferunt, ac donum reponunt in arcam.

Confessores insuper, qui in vita Domini variis labores impendunt.

§. 7. Etiam Anachoretæ, & solitudinis, ac eremisectatores, blandientis & captiosi, sed venenosus mundi vana spectacula fugientes, ut securi ad patriam peruenient, latibula petierunt, & antris additi, parvo & rudi vieti scaturientis aquæ, & leui potu, carnem propriam macerantes, & satanæ stimulos reprimentes, palastro, vel tegmine hirsco amicti, ut plurimum nudis pedibus, & squallida humo, aut stramineo cubili fessa membra somno refocentes, in sacra contemplatione, & supernæ maiestatis laude vacantes, demum ex hac lacrymarum valle, & miseriatur aceruo, ad Dei præsentiam euocati, inmarcescibiliibus deliciis potiuntur.

Anachoretæ quæ vita sanctissima, & carnis mactatione plurimum proficerunt.

BONIFACIUS NONUS.

§. 8. Adfunt & Virgines nitida mundo corpore, quia cordis & corde sincero, mentem sanctam sponte, & oleum sinceritate, & secum suis deferentes in vatis, venienti sponso obuiam corporis castitate, eique desponsantur, qui est pte filii hominum deo speciosus.

§. 9. Deuote autem, & continentes Viduae, & aliae seculi viresque personae, ipsi sanctisque operibus semper intentae, & se ante Dei tribunal cum plenis manipulis representant, & cum sanctis Angelis canunt gloriam in fructum Deo, & in terra pacem bona voluntatis hominibus deprecantur. Hec omnia profecto illi id est spiritus de quo supra, operatur ministerio multiformiter admirando. Et secundum sanctam promissionem CHRISTVS IESVS hanc vineam suam militantem Ecclesiam, post ejus admirabilem ascensionem, talibus cultoribus, & cultricibus, usque in diem hodiernum visitavit, fovi, defensavit, firmavit, juvit & auxit, & per sui gratiam sic in futurum faciet temporibus successivis.

Inter quas
Vidua B. Brigidae Deo dicitur
deinceps servata.

§. 10. Nouissimis vero diebus, ut etiam ab aquilone aliquid boni esset, ille celestis agricola tandem vienam suo de more visitans, mulierem fortem procul, & de ultimis finibus, suum secum premium deferentem, ad huiusmodi vinea culturam adduxit inepta, beatam scilicet viduam Brigittam, quam vulgares Brigidam appellant, tam sacra superius descripto certum merito sociandam, seu verius sociatam. Cuius, propter quod praesentem operam nobis damus, ut originem, vitam, mores, & merita, nec non miracula que in premium sanctitatis ejus benedictus Deus mundo monstrare dignatus est, ne de tam celesti muliere etas praesens immineat ignara, & surda posteritas famam ingratam accusare, vel pretendere possit, summotenus percurramus de multis pauca admodynam, ea que non praeter eunda silentio excerpimus, verbaque charitati harum serie volumus intimari.

Quae ex partibus de
scilicet Regum Suetorum orta est.

§. 11. Hec nempe mulier gloria ex patre Birghero, & matre Sigiride coniugibus de nobilissima regia stirpe Catholicorum Suetorum Regum procedentibus, nec minus fide orthodoxa, & animi constantia, ac virtutibus quam nobilitate claris, duxit originem.

Cuius magis
in mari prae-
cessu, eo
maris prae-
cessu, eo
cam gestaret.

§. 12. Quae quidem mater dum eam gestaret in utero, maris in quodam lino passa naufragium, cum multis promiscui sexus in codem naufragio procella absorbuisset, quod in utero cam gestaret.

Entra nata
Sacerdoti pa-
rochiali il-
lus sanctus
procurata
fuit.

Inf. ns eru-
di loque-
batur.

Puella ora-
tionibus, eis
alios
per bus
vacabat.

§. 13. Cumque puella Brigitte de genitricis alio in mundum recenter fuisset educta, sacerdos parochialis in Ecclesia, propinqua approbatæ vita, & ætatis perfectæ, dum non orationi vacaret, nubem lucidam, & in medio nubis Virginem sedentem vidit, librum habentem in manu, sibiique dicentem, Nata est Birghero quædam filia, cuius vox per mundum admirabilis audiebat.

§. 14. Nata ergo puella usque ad finem triennii quasi claviguis visa est, sed mox contra naturalem decursum non balbutiendo infantum more fari, gestientiumque audiunt, sed completa, & formata verba de auditis per eam loquebatur, & visis.

§. 15. Procedens vero in annis, pueritiam mira devotione transgit, orationibus videlicet, ac ieiuniis, & alias nunquam à bonis operibus otiosa.

§. 16. Tandem licet in statu virginali servire Domino, non totis desideriis affectaret, tamen per parentes compulsa quondam Vulsoni de Vlphasi Principi Nericiæ, nobilissimo quippe & Christianissimo juveni in matrimonium desponsata.

Hi omnes
per annum à
concupis ab-
si serunt,
per annos li-
bido, ed pe-
serit in va-
cum, pte
er pte in-
ambendo.

§. 17. Et cum insulam convenire deberent, quam idonei essent ad viriles amplexus, maritus videlicet in decimo octavo, & sponsa in tertio decimo anno constituti, communi tamen voluntate Tobiam juniores, & Sarah Raguelis imitati, annum continuum & verram concubitu abstinuerunt, Deum humiliter deprecantes, ut si coniungi foret expediens, in commixtione non peccarent, & Deus illis talen prolem cōcederet, que ad servitum ejus esset. Simul postea conuenerunt in timore ac tremore, non libidini, sed posteritati vacantes. Cum in-

terim deuota mulier nec jejuniis, nec orationes, nec alia pia, & solita opera præterire.

§. 18. Ita cum semper B. Virgini precioso denota foret, ac tempore procedente, pone partu perficitur, & obsterices, ac mulieres adstantes de vita illius desperarent, vita est quædam imperiosa, sed incognita mulier, albis sericeis induita vestibus intrare cubile, & assistere strato, & singula iacentis membra pertractare, mox cum talis mulier disparuisset, eadem puerpera sine dolore partu integro exonerata remansit.

§. 19. Et cum etiam dicti jugales adhuc essent iuvenes & recentes, maritus felicis vxoris sanctis monitionibus persuasus, cor enim viri spoliis non indigens, confisus injea, reddidit ei bonum, & non malum, omnibus diebus vita sua, ipsaque mulier indixerunt sibi sponte iniucem, & perpetuam continentiam servaverunt.

§. 20. Et nihilominus coniuges, deuoti in Dei timore, & amore proximi semper ferventes, limina B. Iacobi Apostoli in Cœlestiella, cōmuni voto peregrè visitarunt.

§. 21. Et ad propria reversi cum deliberaliter ut liberius deuotioni vacare possent, pro sexus diversitate diversa ingredi monasteria, dictus princeps in tali deliberatione quievit in Domino.

§. 22. Sancta autem vidua, quæ ab ineuntis ætatis principio Deo dicata fuerat, ut jejuniis & orationibus indefessæ vacaret, soluto coniugio, & sui juris effecta, quasi navis institoris de longe portans panem suum, à Spiritu sancto præmonita, egrediens de terra & cognitione sua, ad Almam Vrbem, ac Hierosolynam deinde perrexit, & loca singula in quibus Dominus noster IESVS-CHRISTVS annuntiatus, natus, educatus, baptizatus, conversatus, mirabiliter operatus, illitus, crucifixus, & sepultus fuit, & ad celos ascendit, insigni deuotione & venerabunda conspexit. Ad urbem quoque regressa, cum antea sive in sua patria & partibus circumstantibus, sive in Germania, sive in Galliis, sive in Hispania, sive in Italia, sive in aliis cismarinis, aut ultramarinis partibus Sanctorum ac Sanctorum corpora, seu memoranda reliquia quiescerent, pauca admodum absque personali visitatione dictæ sanctæ. Viduae fuissent prætermissa, in eadem Urbe reliquum vita peregit.

§. 23. Sed post mariti mortem, ob reuerentiam sanctæ Trinitatis, ad nudam carnem quandam chordam de canopo cum plerisque nodis detulit strictè ligatam, & similiter circa singulas tibias subtus genua singulas chordas similiter connodatas, etiam tempore infirmitatis, nec pannis lineis præterquam in capite, vla ueste hispida circa carnem, superius verò non secundum personæ conditionem, sed multum humiles & abjectas.

§. 24. Et non solum eas quas sancta mater jubar jubet Ecclesia, vigilias seu jejunia obseruabat, sed alia multa superadebat, ut etiam ultra Ecclesiæ mandatum quater in hebdomada jejunaret, & similiter quater in hebdomada, conjugi nondum vita functo, & post obitum ejus continue usque ad paucos annos ante suum felicem transiitum, solitis pannis induita, super tapeto, absque paleis, culcitra, vel similibus, ad terram vel pavimentum posito corpus ab orationibus abstinentis ac divino labore fessum, tenui & brevi somno recrebat. Singulis sextis feriis ob memoriam sacratissime passionis Domini Nostri IESVS CHRISTI pane quintaxat & aqua contenta jejunium non omisit, cum etiam multos alios dies, ob diversorum Sanctorum reverentiam simili abstinentia pertransiret, & sive jejunio abstineret, sive alter discumberet, cū sobrium foret, de mensa surgebat non saturata, sed refecta, cīdem quoque sextis feriis de candelis cereis accensis, stilas candentes & ignitas eliquabat super nudam carnem, ita ut adusta cicatrices continuè remanerent, & gentianam amatissimam herbam seu radicē ejus retinebat ore.

§. 25. Romæ insuper degens non rigorem frigoris, non extiuos calores, non impedimenta via lutosa, non pluviam, aut niuum seu gradiū asperitatem curans, stationes per Ecclesiæ ordinatas, variaq; alias sanctas Ecclesiæ, licet

eques pro suis facultatibus ire potuisse, tamen supra extenuati corporis vites enigēs peditans viitavit quacūq; die. Tot nique longis genuflexionibus vfa fuit, ut genua ejus rigerent in duritatem, ut ita dixerimus, camelorum.

§. 26.

BONIFACIUS NONUS.

299

- §. 26. Admirabilis & spectata humilitatis extitit, ita ut nonnunquam cum pauperibus peregrinis incognita, simul sedens, apud Monasterium sancti Laurentii in Palisperna de Urbe, Ordinis sancte Clares, eleemosynam recipere, & oscularetur cum gratiarum actione, & frequenter propriis manibus, & ob Dei reverentiam, repabat pauperum vestimenta.
- §. 27. Tenacem obedientiam Praelatis & suis Superioribus & confessoribus observabat, adeo quod absque saltem confessoris licentia, penè oculos attollere non præsumeret.
- §. 28. Et superstite marito cum singulis sexiis feriis confessi fuisset, post ejus transitum, veram confessionem, semel saltim in die cum magna contritione studuit iterare, tam amare levia, sicut alii gravissima deplorans, & nihil de suis verbis, moribus, cogitationibus & actibus præteriens indiscretum.
- §. 29. Verbi Dei prædicationibus quas virti probati facerent, assidua aderat & intenta.
- §. 30. Singulis quoque diebus Dominicis & solemnibus, cum devotione & lachrymis sumpsit venerabile Corporis Sacramentum.
- §. 31. Considerans semitas domus suæ, ne panes coquideret otiosa, manus suas aperuit inopibus, & palmas suas extendit ad pauperes: inexhauste enim charitatis officia erga egentes, infirmas, & abjectas personas, ob Dei reverentiam exercuit indifferente.
- §. 32. Nam dum etiam adhuc maritus supererisset dicitur, quod duodecim pauperes consuevit propria in domo cibare, illis inserviens & necessaria ministранs. Et quintus feriis memor cœna Domini, propriis manibus lavit pedes eorum.
- §. 33. De propria quoque facultate reparavit in paribus sua originis multa hospitalia desolata, & pauperes & infirmos ibi degentes pia, benigna, misericors, & sedula ministratrix cum summa pietate visitavit. Ulcerorum abique horrore vel fastidio atrectavat, lavit, circumligavit, & fovit.
- §. 34. In loco etiam de Vvazsteno Lyncensis dicens de cœsis de suis facultatibus unum venerabile monasterium canonice construi fecit, pro sexaginta monialibus sub clausura viventibus, & vigintiquinque fratribus Ordinis S. Augustini, S. Salvatoris nuncupati, qui tam moniales quam fratres certas constitutiones per ipsam Beatam Viduam editas, & postea per Sedem Apostolicam approbatas obseruare tenentur, sufficienti dote nihilo minus assignata.
- §. 35. Admirabilis patientia viguit in ea, ut infirmates proprii corporis, injurias illatas, mariti, & Caroli filii mortem, & adversa reliqua toleraret, patientissime, sine murmur, sine querela, semper illam cum humilitate summissima Dominum benedicere solet.
- §. 36. In fide semper constantior, præstantior spe, vera charitate ardenter, justitiam summe dilexit & æquitatem.
- §. 37. Stimulos carnis, & varias illecebras, pravitatem & arrogantiā, pompam, & inanitatem, & torlam magnanima curiositate contempti.
- §. 38. De singulari continentia, & modestia sua satis est superius recitatum. Sed quis inveniretur illa prudentior, cum optima discretione ab ætate primæva usque ad horam ultimam, quantum linebat humana fragilitas, cuncta secernens: non dixit bonum malum, nec malum bonum; nec posuit lucem tenebras, nec tenebras ipsam lucem.
- §. 39. Quibus quidem sanctis & absque intermissione continuatis operibus, hæc generosa Vidua per gratiam sancti Spiritus promeruit, multis eorum cogitationes, & affectiones intimas, & gesta secreta propalare, & visiones, ac revelationes varias videre, & audire, ac spiritu propheticō multa prædicere, quorum nonnulla effectu completa fuere, prout hæc & alia in ejus revelationum volumine, plenissime describuntur.
- §. 40. Quinta vero præcedente die pronuntiavit sua vita finem adesse.
- Dei §. 41. Et cum fuisset annum septuagesimum supergressa, adveniente jam termino prænuntiato, vocata fa-
- milia, quæ fieri oportet edixit, ac demum Birghero filio, & Catharina filia tunc supersticibus acceritis, & de multis conaonitis, ut super omnia in Dei timore, & amore proximi, & sanctis perseverarent operibus, ultimo & ma confessione debite facta, sumpto viatico, & extremitate delibera, cum usque ad spiritus emissionem sua memoria integra perdurasset, dum Missa coram se celebretur, post adoratum corpus CHRISTI, oculis elevatis ad celum, dicens: In manus tuas Domine, commendando spiritum meum, vocanti benemeritam animam redidit Creatori.
- §. 42. Exempli de transitu hujus Viduæ venerandæ magna fit fama per Urbem, concurrit frequens populus cum summa devotione, ac reverentia suctum videre corpus Deum unanimiter glorificans & collaudans, ad Monasterium S. Laurentii supradictum, ubi se indicarat, fūnus in longe majori populi frequentia defertur, & præ nimia multitudine usque ad biduum apte non potuit sepe liri, quod tamen cum eximia Dei laude fuit humatum, tum factum.
- §. 43. Dum autem celebris hac Vidua Neapolitana degreditur, Nolanensi quædam mulier Picciolla nomine, quæ violentum mali spiritus in humanam se imaginem transformantis patiebatur accubitum, cui nec fortium vigilie aut excubia obsistere potuerant, ad Viduam sanctam accessit, eam super tali materia & expedienti remedio confutura, mox vidua præcellens, & secreta mulieris prævidens, quæ sivit à muliere, an secum aliquid arte magica compilatum, vel quid tale defveret; cum illa respondisset quod non, egregia vidua subiecit. Quære in capillis seu tricis tuis, & contrarium invenies. Confusa, & recordata mulier, quod certum breve cum characteribus & incantamine propriis habebat in crinibus, suum fuit errorem sponte falsa. Insignis autem vidua injunxit, & suscit illi, ut devotæ confiteretur, & veraciter pœnitenter, & communicaret, ac etiam jejunaret, quod & fecit, ac meritis & precibus memorata Viduæ, nunquam similem accubitum passa fuit.
- §. 44. Cum autem spectabilis hæc vidua de longa peregrinatione ad Ottonam Theatinæ dicens, terram, in qua Beatisissimi Thomæ Apostoli reliquiarum pars magna fervatur, vice secunda supervenisset (fuerat enim antea longe per visionem sibi revelatum, quod secunda vice sui adventus ad ipsam terram, devotum ejus desiderium impliretur), & dum stans reliquias devotione solita vittaret, idem Apostolus devotæ Viduæ apparenſ, dixit: Dabitur tibi diu desideratum, & mox nemine tangente, vel alias impellente, de capsa reliquiarum quoddam frustulum unus ossis dicti Apostoli suæ Viduæ expectantis profiliat ad manus, quod illa cum gaudio ac devotione recipiens, summa veneratione se pavit.
- §. 45. Fuit quoque hæc admirabilis Vidua dum orationi & contemplationi vacaret per plerasque devotas personas elevata à terra, per hominis mensuram, vel citeter, cum splendida & radiante facie, sepe visa.
- §. 46. Funus nondum erat traditum sepulture, cum mulier quædam Agnes de Cottessa nomine, in Urbe comorans, quæ à nativitate guttur habebat grossissimum ac deformis, cum aliis venerandum currit ad funus, & cum propria zona manus sanctæ jacentis Brigittæ cum devotione tangi fecisset, zonam eandem simili devotione circumduxit ad collum, & paulo post guttum detumuit, & ad conformitatem debitam divino miraculo fuit redactum.
- §. 47. Verum Francisca de Sabellis dicti Monasterii S. Laurentii monialis, quæ biennio debilitatem & adversam stomachi valetudinem passa, fere semper lecto decubuerat infirma, & honorandæ Viduæ familiatis fuerat, cum adhuc insepultum corpus intra claustrum servaretur, cum gravi labore de lecto surrexit, tam longam infirmitatem patiens, & adjuta pervenit ad foretum, & secum illud jacuit tota nocte, nec Deum desit cum devotione & instanti deprecari, quod meritis & precibus Viduæ, cuius corpus aderat, tam molesta tamque diutina valetudine in tantum saltē alleviaretur, quod cum reliquis monialibus divinis officiis interesse, & per claustrum cum expediret adjuta per neminem posset, & mane facta reperit se circa proprii sanitatem corporis efficacius remedium, quam deprecata fuerat impetrasse.

§. 48.

INNOCENTIUS SEPTIMUS.

*Infantulus v tam respi-
ciit, un mor-
tua nasci-
ofer.*

§.48. Verum ut Deus benedictus hujus dilecta Viduæ mundo magna merita demonstraret, contigit ut Elsebiæ nara mulier dictæ Lippocopepis diceret, cum infantulum mortuum peperisset, summo dolore plena, ac tandem ad se reversa, Deum prece humili exoraret, quod meritis Viduæ tantopere celebrandæ infantulus vitam suscipere, & emisso voto, quod cum infantulo, si ad vitam veniret, & imagine cerea sepulchrum Viduæ sanctæ visitaret, exempli in infantulus calescere, & palpitare coepit, vitamque plene suscepit. Mulier vero plena devotione atque gudio, votum implevit emissum.

*Mira alia
alii mulie-
s. Brigitta
claruit, qua-
rensis.*

§.49. Sed quid pluribus immoraruntur, cum Deus omnipotens hujus aliae Viduæ meritis surdis aures aperuerit mutis lingue officiū solverit, tremulis paraliticis solidis tatem præbuerit, curvis erectionem, cōtracitē & invalidis liberum beneficium gradīendi, cæcis visum, mulieribus partu periclitantibus liberationem, morbis aliis incurabilibus sanitatem, naufragos, & aquis vehementibus laborates perduxerit ad salutis portum: Et si ea que Deus benedictus Viduæ sepedicte meritis, tam illa supererit, quam post ejus resolutionem felicem, mirabilia præter, & super vires naturæ fuit operatus, nec desinit operari, vellemus per singula recensere. Nos aliis diversis implicatos, longa valde in tali recitatione prolixitas detinere, possumus tamen fidèles avidi talia gesta pernoscere, librum in quo fidelerit annotantur perquirere curiosè.

*Borum ramen
v. r. v. v.
circ. corporis
S. Brigittam
temporalis
f. m. e. p.
m. o. s. f.
m. a. n.*

§.50. Vota autem apud monasterium in Vvazsteno supradictum, ad quod venerabile corpus hujus benedictæ Viduæ translatum fuit, persoluta, & appositæ imagines ac statuæ, magnum testimonium perlibent veritati.

§.51. Et quoniam per sancti Spiritus operationem hac Prævia ita. Vidua pervigil, per excellentia merita, in Dei Patris gloria collocata militarem propemodum illustrat Ecclesiam. Nolque gustamus, & videmus, quia bona fuit, & est negotiatio ejus, & propter ea in nocte supervenientis temporalis mortis ejus, virtutum & meritorum lucerna non debet extingui, est enim non sub modo, sed super candelabrum polita, & per Domini universam domum inextinguibile lumen afferit, quin potius filii sanctæ matris Ecclesiazurgant, & beatissimum prædcent, eique de fructu manuum suarum, laudentque eam in portis Matri Ecclesiaz opera ejus. Nos qui pro injuncto ministerii pastoralis officio sumus sapientibus, & insipientibus debitores, per ea quæ tam de felicis recordationis Gregorii XI. & Urbani VI. Rom. Pontificum prædecessorum nostrorum, quā mandato nostro super his habita sunt, de veritate præmissorum per testes idoneos, & alias probations legitimas certius informati, eisque veris compertis, & pro parte charissime in Christo filiae nostræ Margaritæ Regine Sueciae illustris, ac Prælatorum, & Procerum Regni sui, necnon dilectorum filiorum Populi officialium Almæ Urbis, ac dilectorum in Christo filiarum S. Laurentii, & de Vvazsteno monasteriorum prædictorum Abbatissarum conventuum, sepius & cum initia requisiti, in nomine Domini, ut jam tandem Viduam ejus celeberrimam benedicentes benedicimus, & super ea effloreat sanctificatio nostra, ad honorem Dei omnipotentis, Patris & Filii, & Spiritus sancti, & ad exaltationem orthodoxæ fidei, & Christianæ religionis augmentum, necnon ad sedationem schismatis, ac fidei, & Ecclesia unionem, auctoritate ipsius Dei omnipotentis, Patris & Filii & Spiritus sancti, ac Beatorum Apostolorum Petri supradicti & Pauli, atque nostra, de fratribus nostrorum consilio, & assensu omnium Prælatorum in Romana Curia consistentium, decernimus, declaramus, definimus, pronuntiamus, bonæ memorie Beatam Brigittam, alias Britidam supra sepius nominatam, Sanctam esse, & tanquam Sanctam ab universali Ecclesia venerari, ac Sanctorum Catalogo abscribi debere, & ipsam nunc adscribimus de præsenti.

§.52. Statuentes ut ab universali Ecclesia anno quolibet, in die qua illam post devictum triumphatumque mundum, in perpetuas eternitates præsens vita particiuit, videlicet x. kal. Augusti, festum ipsius, & officium sicut pro una sancta non virgine nec martyre, devotè & solemniter celebretur.

§.53. Et ut ad venerabile sepulchrum ipsius ardentius & effluentius Christi fidelium confluat multitudo, & ejusdem Sanctæ celebrius colatur festivitas, & ejus non men crebrius recolatur, auctoritate prædicta omnibus verè penitentibus, & confessi, qui sepulchrum ejus hujusmodi apud ipsum monasterium in Vvazsteno in ejusdem festi, necnon v. kal. Junii, quo videlicet die hujusmodi corpus venerandum apud ipsum monasterium translatum fuit, & sub ad præsens occurribus diebus devote visitaverint annuatim, singulis videlicet eorundem diebus, quibus dictum sepulchrum visitaverint, ut præfertur, septem annos & totidem quadragenas de iunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus.

§.54. Quocirca universitatem vestram monemus, requirimus, & hortamur attente, vobis nihilominus in virtute sanctæ obediencie, & ad aeternorum præmiorum augementum districtius injungentes, quatenus præsentes nostras literas Cleris & populis vestris, auctoritate nostra solemniter publicantes hujusmodi venerabilis Sanctæ, cum solemnitate debita celebretis & faciatis etiam celebrari, omnipotentem Deum, à quo sancta desideria, recta consilia, & justa sunt opera, totis cordis affectibus humiliter deprecantes, ut ejusdem sanctæ precibus & meritis exoratus, det servis suis illam quam mundus dare non potest pacem, & corda nostra mandatis suis dedita, & hostium sublata formidine, tempora nostra sint sua protectione tranquilla, nobisque concedat ut post peractum nostræ villicationis ministerium, unâ cum credito nobis grege, mereamur ad sempiterna gaudia pervenire.

Dat. Romæ apud S. Petrum, Nonis Octobris, Pontif. nostri Anno 2.

INNOCENTIUS SEPTIMUS PONT. CCVI.
ANNO DOMINI MCCCIVI.



Innocentius VII. de Familia Meliorata, Patria Sulmonensis, Cosmus ante vocatus, 29. Papa Regnicola, Presbyter Cardinalis S. Crucis in Hierusalem. Creatus Romæ 16. Kalen. Novemb. Anno Domini 1404. Coronatus quarto Nonas Novemb. Vixit annos 2. dies 2. Creatus Cardinales 12. Obiit Anno Domini 1406. 8. Idus Novemb. Sepultus fuit in Basilica S. Petri in Sacello S. Thomæ. Vacavit Apostolica sedes dies viginti quatuor.

Benedictus XII. dictus XIII. Antipapa. Arago, Hispanus, Petrus de Luna ante vocatus, Archidiaconus Caesaraugustanus. Creatus Avenione 4. Kal. Octob. 1394. fuit pseudopontifex annos circiter triginta, creavit pseudocardinales 24. Obiit Anno Domini 1424. mense Septembri.

Clemens